




3 1761 04707624 5

PA  
2082  
D6  
1913



DOSITHEI  
ARS GRAMMATICA

RECENSUIT

IOANNES TOLKIEHN



LIPSIAE  
IN AEDIBVS DIETERICHIANIS  
THEODORI WEICHER  
MCMXIII





DOSITHEI  
ARS GRAMMATICA

RECENSUIT

IOANNES TOLKIEHN




LIPSIAE  
IN AEDIBVS DIETERICHIANIS  
THEODORI WEICHER  
MCMXIII

INTRODUCTION

GRAMMAR

PA  
2082  
D6  
1913



934432

GEORGIO GOETZ

S





## Praefatio.

Qua ratione Graeci posterioribus temporibus linguae latinae studuerint cum e Dosithei quae dicitur arte grammatica lucide appareat, eam haud indignam esse, quae quam plurimorum philologorum in manibus sit, harum rerum quo quis erit peritior, eo libentius concedet. Sed maiore pretio videtur constare alter septimi grammaticorum latinorum voluminis fasciculus, in quo inest liber ille a Keilio editus, quam ut a multis hominibus privatis comparari possit. Accedit, quod et a viro de hoc litterarum genere optime merito alterutrum eorum, qui ei praesto fuerunt, fontium non exhaustum esse iamiam videbimus et aliis adiumentis postea allatis textum multifariam emendari posse non est negandum.

His potissimum de causis nova haec editio in lucem prodit, quam non inutilem fore arbitror ad usum eorum, qui a studiis grammaticorum latinorum non prorsus abhorreant, atque ex ea magna me spes tenet eos quoque, qui graecae linguae perscrutandae operam dent, fructum aliquem capere posse.

Atque artem Dosithei non integram ad nos pervenisse iam pridem est intellectum. Cf. Jeep, Redeteile p. 14. Longe plurima fragmenta exstant in codice Sangallensi 902 (S), pauciora, at tamen satis magna in Harleiano 5642 (H) et in Monacensi 601 (M). Etiam in monasterio bobiensi, in plenissimo illo librorum horreo, exemplar quondam fuisse testimonio est index bibliothecae; cf. Becker,

Catal. biblioth. ant. 32, 414. Sed huius exemplaris alia adhuc nulla exstant vestigia. Nonnullae autem artis Dosithei particulae iam ante Keilium publici iuris factae sunt. Edidit enim anno 1862 Franciscus Oehler Mus. rhen. vol. XVII p. 58—65 usus Sangallensis apographo, quod Niebuhr olim confecerat, graecis omissis c. I—X et anno 1869 Hermannus Usener, qui ipse illum codicem adierat, caput quinquagesimum.

De tota vero Sangallensis parte, quae ad artem Dosithei pertinet, quam ipse descripserat, fusius disputavit Henricus Keil primum anno 1871, cum principem illius libri editionem Halae emitteret<sup>1)</sup>, iterum anno 1880, cum editioni teubnerianae prooemium adderet. Quae ibi scientissime exposuit, hic repetere est supervacaneum. Lectiones autem codicis, qui ei decimo saeculo ineunte scriptus esse videbatur, ita ex illis editionibus in meam transtuli, ut eas, quae levioris essent momenti, omitterem.

Non eadem cura reliquias monacenses a viro doctissimo tractatas esse brevi perspexi, cum codicem illum consueta Bavariorum liberalitate in hanc urbem transmissum diligenter examinarem. Nam cum ipse se eas tantum lectiones, quae sibi memorabiles viderentur, adnotavisse dixit, tum nonnulla ibi vidi exstare, quae eum praeterierant. Continentur autem Monacensis, quem eadem fere aetate scriptum esse, qua Sangallensis codex scriptus est, Keilius praef. p. 366 affirmavit, fol. 67—82 hae artis Dosithei partes:

1. XVIII 1 ενικός ως το *Singulr ut* — XXVIII 5 ως το λεγεται *iustissimus dr omnium*
2. XXX 1 αντωνοματα *pronomina* εισω ως το *sunt ut* — XXXVII 10 *bene apud Sacerdotem studetur*
3. XXXVIII 7 *Sunt nomina* — 8 ο αναιουτος

---

1) Cf. de hac editione Hagen, Liter. Centralbl. 1871, p. 1268—1270.

4. XL 1 σημασιαι significatōnes — 18 neque μητε
5. XLIII 1 Sunt aduerbia — 7 δικαιως iure
6. XLV 1 Praepositiones quae accusatiuo — 6 μετα  
re reuocare
7. LI 3 συμπλεκτικοι copulatiuae — 11 και τουτε  
quāquā
8. LXI 3 Interiectiones — subsequitur uerbum
9. LXII 1 Uenit mihi in mentem — LXIX 3 aene-  
ida uirgilia.

Ex adnotationis criticae p. 406 et p. 408 efficitur fugisse Keilium XXXVII 8 (*inpersonalia participia non habent*) — 10 (*bene apud Sacerdotem studetur*) et XXXVIII 7 (*sunt nomina*) — 8 (*ο αναισοντος*); quod nimirum ideo factum esse manifestum est, quia illi loci in marginibus foliorum inferiorum 67<sup>r</sup> et 69<sup>v</sup> additi ad libros de orthographia pertinere videbantur. Praeterea Keilium LXI 3 (fol. 76<sup>v</sup>) propterea non respexisse existimandum est, quod prima horum versuum verba in Sangallensi alia sunt; in hoc enim scriptum videmus: *sed haec Graeci aduerbio applicant*, in Monacensi: *interiectiones graeci aduerbio applicant*.

In singulis vero lectionibus referendis perraro eum peccavisse animadverti, velut XL 1 non σημασιαι sed σημασιαι traditur in M, LXVIII 4 non *profectus mea sententia*, sed *profectus sententia mea*. De iis, quae e libris qui sunt de orthographia deprompta librarius hic illic in marginibus foliorum adscripsit, me alio loco acturum esse spero.

Non ita multo postquam septimum grammaticorum latinorum volumen in lucem prodiit, Carolus Krumbacher Harleianum indagavit, de quo primum exposuit anno 1883 Actor. Acad. regiae bavar. philol. p. 193 sqq., deinde copiosius anno 1884 Mus. rhen. vol. XXXIX p. 348 sqq. Huius codicis lectiones a Krumbachero collatas et a



Georgio Goetz benignissime mecum communicatas<sup>1)</sup> inspicienti mihi cum verendum esset, ne ea, quae ille excerpserat, non sufficerent novae editioni parandae, ut de omnibus locis certior fierem, folia 9—23 et 34—39, quae penitus pernoscere mea magnopere intererat, in Museo britannico photographice depingendas curavi.

Insunt autem in Harleiano haec artis Dosithei capita:


1. I 1 *INCIPIT. GRĀM̄TICA. DOSITHI* Τεχνή γραμματικῆ *Ars grām̄atica* — XII 2 εν τουτο. *In hoc tunc clytemestre fedasti viscera ferro*
2. XVIII 1 ενικος . ως το . *singulr ut* — XXVIII 5 ως το λεγεται *ut iustissim' dr̄r omniū*
3. XXX 1 Αντωνοματα *Pronomina* εισν ως το *sunt ut* — XXXVII 8 σε . te . αυτον . *illum*
4. XL 1 Σημασια *significatiōis* — 18 μετε *neq;*
5. XLIII 1 *Sunt aduerbia* — 7 δικαιως . *iure*
6. XLV 1 *Praepositiones quae accus̄t cās.* — 6 μετα *Re. reuocare*
7. LI 3 Συνπλετικοι *copulatiuae* — 11 και <sup>υ</sup>ογε *quamquā*
8. LXI 3 *Interiectiones* — *subsequitur uerbum*
9. LXVIII 1 Ευθυμει . *Bono animo est* — 10 το της φιλιας δικαιον εμιανεν . *ius amicitiae uiolauit*
10. LXXI 1 *VERBA QVAE PASSIVA TANTVM EFFERUNTUR* — LXXVII 8 *dedico* αφοσω

Ac vetustate quidem Harleianus, quem Krumbacher nono vel decimo saeculo adsignavit, Monacensi et Sangallensi fortasse antecedere videtur, bonitate non item. Propius eum abesse ab illo quam ab hoc facile est intellectu. Cum vero lectiones Sangallensis et Monacensis adeo inter se consentiant, ut iam Keilius non dubitaret, quin hi codices ex uno archetypo ducti essent, Krumbacher bene collegisse iudicabitur, tres illos libros arto inter se

1) Cf. Wochenschr. f. kl. Philol. XXVII (1900), p. 990sq.



cognitionis vinculo contineri. Quae sententia etiam mirum quantum ea re confirmatur, quod Harleianum quoque et Monacensem in monasterio Sancti Galli exaratos esse idem vir doctus manifestis nisus indicii comprobavit. Itaque scripturae mendis atque lacunis diligenter perpensis Mus. rhen. vol. XXXIX p. 348 hoc stemma proponi posse contendit:



Id quoque ibidem recte animadvertit singulares Sangallensis lectiones non tam prope accedere ad codicem y quam lectiones Harleiani et Monacensis inter se congruentes ad codicem z neque tamen dici posse illum semper longius ab archetypo abesse quam hos.

Cum vero Harleianum et Monacensem haud raro inter se differre pateat, sequitur, ut unoquoque loco diiudicandum sit cuius codicis auctoritas summa esse videatur.

Maximam autem difficultatem ad genuina scriptoris verba indaganda afferunt ea quae de declinatione pronominum capitibus XXX—XXXIV traduntur. Quod quo melius intellegatur, satis erit unum exemplum posuisse. Sexta igitur tricesimi alterius capituli paragraphus in Sangallensi ita extat: *ἄλλος ἄλλου καὶ ἄλλη ἄλλης καὶ ἄλλο ἄλλου* alius alia aliud pl. *ἄλλοι ἄλλων καὶ ἄλλαι ἄλλων καὶ ἄλλα ἄλλων* alii aliae alia<sup>3</sup>; sed in Harleiano et in Monacensi haec inveniuntur:

$\bar{M}$ 1)	alios	alios
	<i>ἄλλος</i>	<i>ἄλλου</i>
	alia	alios
	<i>ἄλλη</i>	<i>ἄλλης</i>

---

1)  $\bar{F}$  H

	aliud	alius
P <sup>1)</sup>	ἀλλο	ἀλλου
I	alii	alioῦ
	ἀλλοι	ἀλλῶ
	aliae	aliarū
	ἀλλαι <sup>2)</sup>	ἀλλαιῶ
	alia	aliorum
	ἀλλα	ἀλλιον

Eodem modo cum in reliquis pronominiibus percensendis codices se haberent, operae pretium non esse ratus varias lectiones ad unam omnes adnotare ad Keilium ita me applicavi, ut Sangallensis ordinem conservarem.

De graeco sermone Dosithei postmodo videbimus; iam hic scias volo, ne apparatus criticus meris nugis oneraretur, me Keilii exemplum esse secutum in graecis multa quae non tam ex diversitate scripturae quam ex negligentia quadam vel vitio pronuntiationis nata sunt omittentis. Quin etiam non dubitavi in hac re non nunquam longius illo procedere. Neque enim ut perpauca afferam, quidquam referre puto in hoc vel in illo codice commutari inter se α et λ litteras (πακηκτες, χλιρω), δ et λ (διαδογιζομαι, επιτηλευω), η et ν (ηενοηται, εκφωνηθινσεται) aut scribi υηστερα, ληικιας pro ἡ υστερα, ἡλικιας, alia id genus innumerabilia.

Haec de libris manuscriptis in medium proferre satis habeo; sed nonnulla addere haud ab re duxi, quae ad verba latina artis Dosithei redintegranda non parum valere nemo facile negaverit.

Recentiore enim memoria de multis rebus ad illam pertinentibus prorsus aliter quam quondam licebat indicare didicimus. Hodie constat Dositheum cum enchiridion quasi

1) om. H

2) N<sub>2</sub> ante αλλα H

quoddam componeret, quo Graeci ad linguae latinae studium incumbentes commode uterentur, Cominiani artem grammaticam in suam rem convertisse. Indidem Charisius, qui Cominiano praeceptore usus erat, multa se petivisse ipse aperte indicavit, quae quam late pateant, ego nuper pro mea parte conatus sum demonstrare. Eiusdem doctrinae vestigia persequi mihi licuit in Excerptis quae vocantur Bobiensibus et in idiomatibus, quae exstant in codice Parisino 7530 collecta, et in glossis quae falso Cyrilli esse dicuntur. Haec omnia uberius a me disputata invenies in libro, qui inscribitur Cominianus, qui Lipsiae anno 1912 prodiit; quae me iis, qui in his litteris multum et saepe versati sint, probavisse pergaudeo.

Unde efficitur, ut illis quoque quae modo enumeravi litterarum monumentis nonnihil adiuvemur ad artem Dosithei quoad eius fieri potest in antiquum statum restituendam. Quibus addi potest Diomedes grammaticus, cui exemplar Charisii minus corruptum praesto fuisse plus uno loco apparet. Scrupulum, quem in hac re Paulus Wessner sibi residere dixit<sup>1)</sup>, alias fortasse ex animo eius evellere conabor.

Sed valde dolendum est, quod Keilius editione sua non omnia complexus est, quae in codice Neapolitano scripta non omnino videntur a Charisio aliena esse. Partem eorum quae pertinet ad caput duodeseptuagesimum Georgius Goetz ex Loewii apographo sed non imitatus compendia et additis numeris primum anno 1888 exprimendam curavit in Ind. lect. aest. Jen., deinde anno 1894 quinto glossariorum latinorum volumini inseruit. Ex iis autem, quibus respondent capita LXXI—LXXVII, Keilius ipse pauca quae a Georgio Thilone descripta habebat in adnotationem recepit.

---

1) Berl. phil. Woch. XXXII (1912), p. 1679.

Sed haec hactenus; nunc ad interpretationem graecam contemplandam transeamus. Quin huius auctor Dositheus ipse fuerit, iam dubium esse non potest, quoniam latinis verbis Cominiani artem adumbrari docuimus. «Sed», ut Keilii verbis utar, «primis tantum artis grammaticae partibus integra interpretatio addita est; post expositionem nominis graeca verba primum neglegentius latinis interposita, deinde prorsus ommissa sunt». Quod utrum Dosithei consilio an incuria librariorum factum sit diiudicari non potest. Mihi quidem hoc probabilius videtur quam illud.

Qua vero aetate floruerit Dositheus, ut accuratius definiremus, nobis nondum contigit. Natione Graecum eum fuisse cum per se sit verisimillimum tum confirmatur locis nonnullis, velut capite tricesimo quinto, quo *περὶ συνθέσεως μεσοπτώτων ὀνομάτων* pauca addidit graeca lingua usus, et verbis quae scripta videmus X 5: *ὡς ἡμεῖς λέγομεν καταχρηστικῶς*; cf. XXXII 4 *τὰ δὲ ἐλληνικὰ τοῦ πληθυντικοῦ ταῦτα*, 16 *ὁποῖον δὲ ὁποίου ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς οὐ κλίνεται*, LXVIII 5 *‘sexus δὲ κυρίως ἐπὶ γυναικῶν λέγεται’*, alia id genus. Quin etiam ipse patriam suam videtur significavisse, cum XXI 1 pro exemplis quae apud Cominianum invenerat ‘Afer, Dacus’ suo Marte *Φρύξ Γαλάτης* substitueret. Quare eum ex Asia Minore oriundum fuisse coniectura ducor ad suspicandum. Atque Christianorum doctrinam eum professum esse iam libri, qui Cominianus inscribitur, p. 96 disserui. Quodsi quis coniectare ausus erit grammaticum eundem esse atque Dositheum, scriptorem ecclesiasticum in Cilicia natum, cuius aetas in quartum saeculum fere medium incidit, de quo cf. Juelicher PWR V p. 1609, equidem non repugnabo, verumtamen a re incerta adsensionem cohibebo, dum graviora argumenta allata sint.

Rationem a Dositheo in verbis graecis latinisque collocandis susceptam Krumbacher Mus. rhen. vol. XXXIX



p. 356 sqq. tam diligenter explanavit, ut in Harleiano et Monacensi pristinum fere ordinem servari pro certo habeamus. De utroque autem codice possunt dici, quae Keilius praef. p. 366 sq. de Monacensi, quem solum noverat, in medium protulit: «In singulis», inquit, «paginis plerumque quattuor, raro plures vel pauciores laterculi versuum vicenorum et quaternorum<sup>1)</sup> ita scripti sunt, ut primum graeca, deinde in altero laterculo iuxta posita sint latina vocabula; interdum etiam . . . latina superscripta sunt graecis». Ab hac consuetudine in Harleiano non recedi animadvertimus nisi XXXIV 7 et LXXII—LXXVII, ubi latina verba graecis praeponuntur, paulo saepius, verumtamen satis raro in Monacensi; est praeter XXXIV 7 hisce locis; XL 4 *sat ικανον* — *affatim κατακορως*, XL 10 *quotienscumque οσακισδηποτε* — 12 *tunc ποτε*, XL 17 *mea εμα* — 18 *neque μητε*, XLIII 3 *iusto δικαως merito αξιως* — 5 *factu τω γενεσθαι*, LI 4 *causales αιτιολογικοι* — 6 *tandem δεραξα*. Quod contra in Sangallensi «graeca verba . . . cum latinis ita mixta sunt, ut singulis vel paucis latinis subiciatur graeca interpretatio». Sed hic quoque nonnulla prioris verborum collocationis vestigia relicta esse neminem fugiet, qui animum ad capita XXXI—XXXIV, quibus pronomina enumerantur, vel ad caput quadragesimum quintum, quo praepositiones tractantur, diligenter attenderit. Quae cum ita essent, artem Dosithei a me in capita ac paragraphos divisam ita disposui, ut graecorum verborum contextum ad sinistram habeas.

Jam hic locus est, ut de sermone quo usus est Dositheus inquiramus, quantum ad textum recte constituendum opus sit.

1) In Harleiano triceni bini versus esse solent.

Consuetudinem est eum, qui non ante quartum p. Chr. n. saeculum medium fuerit, non solidam atque expressam atticae linguae imaginem reddere, sed talem prae se ferre sermonem, qualem eruditi id aetatis homines adhibere consueverant. Quod quam late pateat nunc omitto; satis habeo commemorare singula, quae ut uno in conspectu videamus optabile est.

Atque ut inde exordiar, *ι ἀνεκφώνητον* tribus locis servatam deprehendimus bis in H II 1 *προσαϊδεσθῶν* (= *προσαϊδεσθαι*) atque X 7 *αρισται* et semel in S XXXVI 2 *αποαιτητηκη*.

Vocis *πλείων* prior syllaba semper longa est excepta forma *πλέων*, quae XL 3 (ω) et LXVIII 6 (S) invenitur II 2 codicibus HS *πλεῖον* atque *πλειόνων* et V 3 *πλεῖον* exhibentibus.

*γίγνομαι* non effertur nisi altera gamma deleta, velut *γίνουμαι γίνεταί*, variatur in formis verbi *γινώσκειν*, velut IV 3 *γινώσκεσθαι* et XXXVI 2 *ἀναγινώσκω* legimus.

*ρσ* ubique scriptum videmus, non *ρρ*: XVII 3 (*ἀρσενικόν* bis) 4 *ἀρσενικῶ* (bis) XXXII 12 (*ἀρσενικόν*).

*τι* pro *σσ* non exstat nisi quattuor locis: VIII 3 X 8 (*ἐλαττον*) XIX 4 (*παραφυλάττεται*) 5 *ἡττήθη*. Accedit II 1, ubi S *γλωττη* H *γλωσση* praebet. Reliquis omnibus locis, quos enumerare longum est, codices in hac re consentire apparet.

Praepositiones, quae *elisionem* pati possunt, vocalibus sequentibus novissimam litteram deponere solent velut *παρ' ἡμῖν*, *μεθ' ἡμέραν*, *καθ' ἑαυτά*, *ἐπ' ὀλίγον*, *δι' ἐκείνων*, similia. Sed *μετά* praepositio videtur aliter se habere, ubi a genetivo *ἄλλων* excipitur. Legimus enim haec:

VII 5 *μεταλλων* H *μετα αλλων* S

VIII 5 *μετα αλλων* H *μεταλλων* S

VIII 1. 2. 3. 4 *μετα αλλων* HS

Unde efficitur, ut lectio μετὰ ἄλλων genuina sit. Κατὰ praepositio autem quamquam posteriorem *α* servavit ante vocalem XLIII 2 (κατὰ ἄκρον), tamen Keilium XL 5 pro tradita lectione καταδιαν recte κατ' ἰδιαν non κατὰ ἰδιαν scripsisse verisimile mihi est XLIII 3 in omnibus libris manuscriptis κατ' ἰδιαν exstare reputanti. XIX 2 ἀπὸ Αἰνείου et XXVII 4 ἀπὸ ἐπιρρήματος in ω obviam fiunt, cum postea scripta sint ἀφ' ἡμῶν XXX 1 ἀφ' ἡμῶν XXX 2 ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφ' ἑαυτῆς ἀφ' ἑαυτῶν XXXIV 7.

Praeter praepositiones ἀλλά coniunctio digna est quae respiciatur. De huius elisione nihil certi statui posse ex hisce locis discimus:

- IV 3 ἀλλὰ ἐν ἐκείνοις *H*  
 ἀλλ' ἐν ἐκείνοις *S*
- XVI 3 ἀλλ' οὔτε *S*
- XXVI 3 ἀλλὰ ὑπερτιθεῖ ω  
 ἀλλ' ὑπερτιθεῖ ω
- XXVII 4 ἀλλὰ ἀπό ω  
 6 ἀλλ' ἕμω ω
- XXVIII 1 ἀλλὰ οὔτος *H M*  
 ἀλλ' οὔτος *S*

τοῦτ' ἔστων quinques reperimus XI 1 XXII 5 XXIV 2. 3 XXVII 4. His si addideris τοῦτ' ἔπερ V 5, ubi Keilius falso τοῦτ' ἔπερ scripsit, atque ἔστ' ἔτε VIII 3 et XXXIX 3 bis positum, alia elisionis exempla ex arte Dosithei peti iam non poterunt.

Proximum est, ut κράσεως quae vocatur exempla proferamus. Quae non ita multa sunt. Habes igitur: XVII 4 τοῦναντίον — XXVII 7 in ω est ἐκ τοῦ ἐναντίου — XL 3 τοῦντεῦθεν 5 εἰς τοῦπίσω LI 6. 9 κἄν. Quod vero I 1 in H occurrit καναγνωσεων, hanc formam e  $\frac{2}{3}$  (= και) ἀναγνωσεων ortam esse probatur codice S και αναγνωσεως exhibente.

*ν* quod dicitur ἐφελκυστικόν paucissimis absolvere nobis licet. Etenim cum amplius centum septuaginta verborum

aut nominum aut adverbiorum formae occurrant, quibus illa littera adiungi possit, tum quattuor locis eam omnino non tradi permirum videtur neque abest suspicio, quin Dositheus sine ulla exceptione eam sive ante vocales sive ante consonantes usurpaverit. Itaque meum esse duxi XXIII 4 κἀταίσιw XXIV 3 τῶτ' ἔστωw XXXVII 1 γεγόνωσw XL 6 ὑπερθεw contempta codicum auctoritate in textum recipere.

Neque οὔτως adverbii ultima littera unquam omittitur.

ἐνεκεw invenitur in enumeratione coniunctionum LI 4, ἐνεκα IX 4 et X 6 ante consonantes.

Iam transeuntibus nobis ad *declinationem* nominum et verborum haec notanda sunt:

Utrum Dositheus ἑρέων dixerit an ἑρῶw incertum est, cum alterum tradatur XV 3, alterum XXII 5.

XIII 1 βεβραίας legimus atque σύνθεται reliquis huius modi epithetis feminino genere carentibus. Etsi autem πλάρης nomen apud antiquos non nunquam indeclinabile esse non ignoro, tamen V 4 in hoc emendando Keilium sequi non dubitavi, quod eum locum gravius corruptum esse perspicuum est.

Quod contra a traditis lectionibus non recedens I 2 XII 1 XVII 6 XIX 3 τέτρασw XXXVI 1 τέσσασw XIX 7 τετρατόw XII 6 τετάρτω XL 2 τετάρτηw scripsi, cum quibus formis grammaticus ipse usus sit definiri non possit. Eodem modo iudicandum videtur de dativis δύο II 3 et δυσίν XX.

Pronomen *relativum* demonstrativi loco ponitur XV 4. 5 ἃ μὲν — ἃ δέ — ἃ δέ et XVI 2. 3 ἃ μὲν — ἃ δέ.

ὅδε pronomen abest a sermone Dosithei solum οἷτος adhibentis.

Pronominis *reflexivi* dativus κούῳ exstat LXVIII 2. 3, cum XXXIV 7 ἐαυτοῦ ἐαυτῆς ἐαυτῶw, reliqua deinceps declinentur.



II 1 offendimus in locutione *μιῦς ἐκατέρως*, quae respondet latino pronomini 'uniuscuiusque'; I 1 VII 1 XV 2 'unusquisque' redditur graecis verbis εἷς ἕκαστος.

Verborum formas memorabiles litterarum ordine dispositas referam. Sunt hae:

ἀνοίγω LXXV 9

ἀποσυνιστῶ LXXVII 2

γεναμένων I 3 γηγόνειν, γηγόνεις reliqua deinceps  
XXXVII 2

εἴωθεζ LXVIII 5

εὐρατο LXVIII 2

ζέειν (*S* ζειν *HM*) XXXVI 1

ἤμην XXXVII 1. 2

κίχρω LXXVII 4

ρήσσω, ἀπορρήσσω, διαρρήσσω, εἰσρήσσω, περιρρήσσω  
LXXV 13

ὑπερτιθεῖ ὑπερτιθεῖ XXVI 3.

Ad extremum nonnullas res ad *constructionem* spectantes proponam:

Verba, quae ad pluralia neutri generis pertinent tam singulariter quam pluraliter efferuntur, modo consideres II 5: τὰ μονοσύλλαβα, ἅπερ ἂν θέσει μακρὰ εἴη, ὀξείων ἔξουσιν προσωδίων. ἅτινα δὲ φύσει μακρὰ ἔσται, περισπωμένη προσωδία ἐκφωνηθήσεται.

Neque diligentior se praestitit grammaticus in usu modorum. Iam plane novo more optativus adhibetur XVII 2 εἶδος ἔστιν ὃ νοεῖται, ἣ κύριον εἴη τὸ ὄνομα ἣ προσηγορικόν, ubi etiam ἣ — ἣ animadvertas priorum saeculorum scriptoribus inusitatum. Multo vero gravius est, quod ἐάν, ὅταν, ὅσπερ ἄν modo subiunctivis modo finitivis modo optativis iunguntur; cf. XII 4 ὅταν φωνήεντι ἐκτεταμένῳ ἐπιφέρηται φωνήεν 3 ἐάν δὲ δύο σύμφωνα εἰς δύο συλλαβάς εἰσιν διηρημένα II 6 ἐάν ἢ πρότερον φύσει μακρὰ εἴη.

Sed cum magis e verborum graecorum delectu quam e rebus grammaticis Dositheum aetate posteriorem fuisse cognoscamus, vocabula quae apud eum exstant iuniora vel insolita indice complexus in fine opusculi addidi. In quibus reperiuntur quaedam nova atque inaudita, velut  $\sigma\upsilon\delta\rho\omega\pi\alpha\alpha\iota\zeta\omega$  LXXVII 5, in quo verbo perperam mutando viri docti frustra desudaverunt. Nam cum Gl L II 218 inveniamus:  $\delta\rho\omega\pi\alpha\alpha\iota\zeta\omega$  pilo', ea, quae illo loco exstant  $\sigma\upsilon\delta\rho\omega\pi\alpha\alpha\iota\zeta\omega$  compilo' recte se habere non est, quod fusius explicemus.

Haec habui, quae in praesentia de graeco Dosithei sermone in medium proferrem.

Restat, ut gratias agam quam plurimas Ottoni Rossbach, quod me in hac editione paranda consilio adiuvit, et Curtio Woldt, quod in plagulis corrigendis socium se mihi praebuit impigerrimum.

Dat. Regimontii mense Februario anni MCMXIII.

## NOTARUM CONSPECTUS

*S* = codex Sangallensis 902 s. X in.

*H* = codex Harleianus 5642 s. IX/X.

*M* = codex Monacensis 601 s. X in.

*ω* = H M S inter se congruentes.

*Char.* = Charisius.

*Exc.* = Excerpta Bobiensia.

*Diom.* = Diomedes.

*Comin.* = Tolkiehn, Cominianus Lipsiae 1910.

p. 376. 377 K.

I. Τέχνη γραμματική ἐστὶν γνῶσις διωρθωμένης ὀμιλίας ἐν τῷ λέγειν καὶ ἐν τῷ γράφειν ποιημάτων τε καὶ ἀναγνώσεως ἔμπειρος διδασκαλία. γραμματικός ἐστὶν ὁς ἐνὸς ἐκάστου πράγματος τὴν δύναμιν καὶ τὴν κυριότητα δύναται σαφηνίσαι τῇ λαλιᾷ. τῆς τέχνης τῆς γραμματικῆς ἡ τάξις συνέστηκεν μέρεσιν τέτρασιν, ἀναγνώσει διορθώσει ἐξηγήσει κρίσει. ἀναγνώσις ἐστὶν ποικίλη ἐκάστης γραφῆς ἐκφώνησις δουλεύουσα τῷ ἀξιῶματι τῶν προσώπων καὶ ἐκτυποῦσα τὸ σχῆμα τῆς ἐκάστου ψυχῆς. διορθώσις ἐστὶν ἐπανόρθωσις τῶν πλανῶν τῶν διὰ γραφῆς ἢ λέξεως γεναμένων. ἐξηγήσις ἐστὶν ἀσαφῶν διανοιῶν καὶ ζητήσεων διήγησις. κρίσις ἐστὶν ὃ τὰ ποιήματα καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς διαρτῶμεν καὶ διασταθμώμεθα. τῆς τέχνης τῆς γραμματικῆς αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ τῶν στοιχείων ἐγείρονται, τὰ στοιχεῖα ἢ τυποῦνται εἰς γράμματα, τὰ γράμματα συνάγονται εἰς συλλαβάς, συλλαβαῖς περιλαμβάνεται λέξις, αἱ λέξεις συνάγονται εἰς μέρη λόγου, ὁ δὲ λόγος εἰς ἀρετὰς καὶ εἰς φλόγους κάττεισι.

## ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΔΙΩΝ

II. Προσῳδία ἐστὶν μιᾶς ἐκατέρας συλλαβῆς ἴδιος [κύριος] ἤχος [τόνος], ὃν ἐν τῇ ἑλληνικῇ προσῳδίᾳ λέγουσιν [καλοῦσιν]. προσῳδία παρὰ τὸ προσάδεσθαι. προσῳδία ἐν τῇ ἑλληνικῇ

INCIPIT GRĀM̄TICA DOSITHEI H INCIPIT GRAMMATICA DOSITHI MAGISTRI S 2 σραφειν H αναγνωσεων H 5 συνεκτικῆν S 6 αναρῶσει S 7 ποικιλη H 8 εκαστουχης H πλανων τινων δια HS corr. Keil 10 γραφης H | γενομένων Keil ἐξηγησις H ἐξεργησις S | αποισι υφων H ακαφων S ασαφων Keil an αποικρύφων? 11 διωρευσεως H om. S διήγησις Keil | ἐστὶν om. S 12 διαρτομεθα H | διασταθμομεα H alterum τῆς om. H 13 στιγι H 14 τυποινται H 15 συλλαβαῖς om. S emend. Keil αι συλλαβαι περιλαμβανεται εις λεξεις H cf. W. f. kl. Phil. 1910, 990 16 ὁ δὲ λόγος om. H 17 ψογαις H 19 προσδιῶ H | κυριον H κύριος, τόνος, καλοῦσιν seclusi 20 ἐν om. S | προσῳδιᾳ om. S 21 προσαιδεσῶν H προσῳδια H | ελληνικη H



p. 376. 377 K.

I. Ars grammatica est scientia emendati sermonis in loquendo et scribendo poematumque ac lectionis prudens praeceptum. grammaticus est qui uniuscuiusque rei vim ac proprietatem potest explanare loquela. artis 2  
5 grammaticae officium constat partibus quattuor, lectione emendatione enarratione iudicio. lectio est varia cuius- 3  
que scripti pronuntiatio serviens dignitati personarum exprimensque habitum animi cuiusque. emendatio est recorrectio errorum, qui per scriptum dictionemve fiunt. 10  
enarratio est obscurorum sensuum quaestionumque narratio. iudicium est quo poemata ceteraque scripta perpendimus et discernimus. artis grammaticae initia ab elementis 4  
15 surgunt, elementa figurantur in litteras, litterae coguntur in syllabas, syllabis comprehenditur dictio. dictiones coguntur in partes orationis, oratio in virtutes ac vitia descendit.

## DE ACCENTIBVS

II. Accentus est unius cuiusque syllabae proprius sonus, quem Graeci περισσῶδιν dicunt. accentus quasi accantus. accentus in graeca lingua sunt VII, in latina V,

I. *Diom.* 426, 12—427, 2 II.—III. *Diom.* 430, 29—435, 21  
*Donat.* 371, 1—372, 13 *Explan. in Don.* 524, 19—525, 17 *Victor.* 192, 14—194, 8 *Audax* 329, 12—331, 11

2 *Locus corruptus*, cf. *W. f. kl. Ph.* 1912, 477 6 enarratione *H* narratione emendatione *Diom.* cf. *W. kl. Ph. II.* 8 cuiusque animi *H* animi habitum cuiusque *Diom.* 9 per scripturam *Diom.* 11 DE IV-  
DICIO Iudicium *S* | pemata *H* 12 et discernimus *om. S spatium vacuo relicto* 14 in syllabas *om. S* sillabae comprehenduntur dictionibus *H* syllabis comprehenditur dictio *S Diom.* (*Exc. cod. Paris.* 7530) 15 orationis *om. H* 18 accentum dicunt uocant *H* 19 adcantus *H*

p. 377. 378 K.

γλώττη εἰσὶν ἑπτὰ, ἐν τῇ ῥωμαϊκῇ πέντε, ὀξεῖα βραεῖα περι-  
 2 σπωμένη μακρὰ βραχεῖα. ἐν παντὶ μέρει λόγου ῥωμαϊκοῦ ὁμοίως  
 ὡσπερ τοῦ ἑλληνικοῦ ἡ ὀξεῖαν ἡ περισπωμένην προσωδίαν τί-  
 3 θεσθαι ἀναγκαῖόν ἐστιν, οὐ πλεῖον δὲ ἢ μίαν ἢ αὐτὴν ἢ 5  
 3 ἐκείνην. ἡ γὰρ βραεῖα τίθεται ἐπὶ πλειόνων. ἡ ὀξεῖα ὅποτε  
 παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς τρεῖς τόπους ἔχει, <τὴν> τελευταίαν καὶ  
 τὴν παρατέλευτον καὶ τὴν αὐτὴν ἔγγιστα συλλαβὴν, παρ' ἡμῖν  
 δύο μόνον τόποις τίθεσθαι δύναται, ἐν τῇ παρατελεύτῳ συλ-  
 λαβῇ || ὡς τὸ [προανένγωγς], ἡ ἐπὶ ταύτης, ἥτις τρίτη ἀπὸ τέ-  
 4 λους ἐστίν .ἡ περισπωμένη, ἐὰν τὸ μέρος τοῦ λόγου τριῶν 10  
 ἢ πλειόνων ἔσται συλλαβῶν, οὐ τίθεται, εἰ μὴ τὸν παρατέλευ-  
 5 τον τύπον δυνήσεται εὑρεῖν, ὡς τὸ .τὰ μονοσύλλαβα, ἅπερ  
 ἂν θέσει μακρὰ εἶη, ὀξεῖαν ἔξουσιν προσωδίαν .ἄτινα δὲ φύσει  
 6 μακρὰ ἔσται, περισπωμένη προσωδία ἐκφωνηθήσεται .ἐπὶ τῶν  
 δυσυλλάβων, ἐὰν ἢ προτέρα φύσει μακρὰ εἶη τῆς ὑστέρας συνε- 15  
 σταλμένης, ἢ προτέρα περισπασθήσεται, ὡς τὸ [ῶρα Ῥώμη].  
 ἐὰν δὲ ἢ ὑστέρα ἐκτεταμένη εἶη, ἢ προτέρα, εἴτε μακρὰ εἴτε  
 βραχεῖα ἔσται, ὀξύτονηθήσεται ἐξ ἀνάγκης ὡς τὸ .καὶ εἰ  
 ἀμφοτέρω βραχεῖα εἶεν, ὀξύτονηθήσεται ἢ προτέρα, ὡς τὸ .  
 7 ἐν τοῖς τρισυλλάβοις ἢ τοῖς τετρασυλλάβοις ἢ ἅπερ ἂν πλείους 20  
 συλλαβὰς ἔξει, ἐὰν ἢ παρατέλευτος συλλαβὴ βραχεῖα ἔσται, ἢ  
 αὐτὴν προσάγουσα ὀξυνθήσεται, ὡς τὸ [Τούλλιος Ὀρτήσιος].  
 8 ἐὰν ἢ παρατέλευτος θέσει μακρὰ εἶη, αὐτὴ τὴν ὀξεῖαν ἔξει

1 γλωσση *H* | ὀξεῖα βραχεῖα *om. H*      4 μίαν] κειαν *H* κειαν *S*  
*corr. Keil*      5 ἐκείνην] κειαν *HS corr. Keil*      6 εχει τεαιταιον (τελευτ.  
*H*) και τον παρατελευτο *HS corr. Keil*      8 ε τῇ παρατελες *H* συλλαβῇ  
*om. H*      9 προανενγωγς *H seclusi*      11 παραταλ *H*      12 οἰς  
*H* | ηπερατεσι *H*      13 εχουσιν *H*      14 ειται *H* εσειται *S corr.*  
*Keil*      15 προτεραν *HS corr. Keil*      16 ῶρα Ῥώμη *secl. Keil*  
 18 εται *H* | ὡς τὸ νομος *H*      19 ὀξύτονηθησεται *H* | ὡς τὸ θεως *H*  
 20 τρισυλλ ἢ τοῖς τετρασυλλ *H*      21 συλλαβάς *om. S* εχει *H* | ηται  
 ταυτι *H* ταυτη *S* ταύτης *Keil*      22 ω .ο Τούλλιος *H* τό *om. S* Τούλλιος  
 Ὀρτήσιος *seclusi*      23 θσσει *H* | εχει *H*

p. 377. 378 K.

acutus gravis circumflexus - longus - brevis. in omni 2  
 parte latinae orationis, item ut graecae, aut acutum aut  
 circumflexum accentum poni necesse est. nec amplius quam  
 unum vel hunc vel illum. nam gravis ponitur in pluribus.  
 5 acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et 3  
 paenultimam et ei proximam syllabam, apud nos duobus  
 tantum locis poni potest, in paenultima, ut praelegistis,  
 aut in ea || quae a fine sit tertia, ut praelégimus. cir- 4  
 cumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit syl-  
 10 labarum, non ponitur nisi paenultimum locum poterit  
 invenire, ut turbâre. monosyllaba, quaecumque positione 5  
 longa fuerint, acutum habebunt accentum, ut pîx. quae  
 natura longa erunt, circumflexo accentu pronuntiabuntur,  
 ut rés. in disyllabis, si prior natura longa erit posteriore 6  
 15 correpta, prior circumflectetur, ut hôra Rôma; si posterior  
 producta sit, prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur  
 necesse est, ut léges sâlus; et si ambae breves sint,  
 acuatur prior, ut déus hômo. in trisyllabis tetrasyl- 7  
 labisve aut quae plures syllabas habebunt, si paenultima  
 20 brevis fuerit, quae eam praecedat acuatur. <ut Tullius  
 Hortensius>; si paenultima positione longa fuerit, ipsa 8

1 accutus S | - et ~ om. H      2 orationis latinae S | item] si-  
 militer H      3 circumflexus H      4 aut hunc H      5 accutus S |  
 et peneultimum S      6 antepeneultimam H ultimum paenultimum ante-  
 paenultimum Diom. | syllabam om. S Diom.      7 potem H | praelegistis  
 H S praelegisti Keil, qui ubique accentus notas add. que tertia a fine  
 est H      12 fuerit accutum S acutus H | ut pîx om. H quae autem H  
 13 erit H S corr. Keil      14 ut res om. H | dissyllabis H      15 ora H  
 hora Roma om. S      16 br. sit H      17 est ut om. S | salus om. H  
 sal'u S      18 ut om. S | homo om. H | trissyllabis H aut tetrasill' H in  
 trisyllabis autem et tetrasyllabis Diom.      19 habent H | peneultima S  
 20 ut Tullius Hortensius add. Keil

p. 378. 379 K.

- 9 προσφθίαν, τὴν προάγουσαν δὲ βαρεῖαν ποιήσει ὡς τὸ ἐάν  
 ἢ παρατέλευτος συλλαβὴ φυσικῶς ἐκτεταμένη ἔσται, οὕτως ὥστε  
 τὴν τελευταίαν βραχεῖαν εἶναι, τὴν παρατέλευτον προπερισπά-  
 10 σμεν, ὡς τὸ ἐάν δὲ μακρὰ εἴη ἢ τελευταία, τῇ παρα-  
 τελεύτῳ ὀξεῖαν δώσωμεν προσφθίαν, ὡς τὸ [Ἄβῆνα Φιδῆνα]. 5

III. Τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα, ἐάν τοῖς αὐτοῖς γράμμασιν  
 2 προφέρηται, ἑλληνικὰς προσφθίας ἔξουσιν. καὶ γὰρ ὅταν λέ-  
 γωμεν Θυιάς Ναίς, τὴν ὀξεῖαν ἔξει ἢ ὑστέρα προσφθίαν, καὶ  
 ὡς Θεμιστῷ Καλυψῷ τὴν τελευταίαν περισπᾶσθαι ὀρώμεν, ὅπερ  
 ἐκάτερον ὁ ῥωμαϊκὸς λόγος οὐκ ἐπιδέχεται. εἰ μὴ πάνυ ἀραιῶς 10  
 χάριν τοῦ διελεῖν τὸν νοῦν, ὡς ἀπαντᾷ ὁ εἶργο σύνδεσμος, ἐν  
 3 ᾧ ἢ τελευταία περισπωμένη καταλαμβάνεται. ὁμοίως ὡς τὸ  
 ἐπίρρημα pone τῇ ὑστέρα ὀξεῖαν ἀναδέχεται, ἵνα μὴ εἴη ῥῆμα.

III. Ἔστιν δὲ σημεῖον τῆς ὀξεῖας προσφθίας I πλάγιον  
 εἰς τὸ μέρος τὸ δεξιὸν ἀναβαῖνον, τῆς βαρεῖας προσφθίας ση- 15  
 2 μεῖον I πλάγιον εἰς μέρος τὸ δεξιὸν καταβαῖνον. τὴν περι-  
 σπωμένην σημειοῦται προσφθίαν C κάτω βλέπον. τὴν μακρὰν  
 προσφθίαν πλαγίῳ τῷ I γράμματι σημειοῦνται, βραχεῖαν C ἄνω  
 3 βλέποντι. ἀλλὰ ἐν ἐκείνοις τοὺς τόνους, ἐν τούτοις τοὺς χρό-  
 4 νους γινώσκουσι <ὀρώμεν>. τὴν δασεῖαν τὸ H προσγεγραμ- 20

1 ὡς τὸ om. S    2 ἢ om. H | παρατέλ σὺλλ H    3 τελευταίαν  
 H | προπερισπασμένην H    4 eam H    5 δώσω H | προσφθίαν om.  
 H | ὡς θναφίνα<sup>η</sup> H    7 εχουσι H | λεγομεν H    8 καὶ om. H    9 ῥω-  
 μαί H    11 χάριν] γχαρι H καρα S emend. Keil    12 καταλαμβανатаι  
 H    13 pone om. H | τρυστερα H    15 αναβανον H | σιμιῶ  
 ἔστι ἰ ἰ πλαγιο H σημιοῦται πρὸς (ut videtur deleta ρ littera Keil) I πλα-  
 γιῶ S    17 α H    18 βραχιονα H    19 βλεπομτι H | ἀλλ S  
 20 ὀρώμεν add. Keil cf. Comin. p. 100



p. 378. 379 K.

acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem  
faciet, ut Catúllus. si paenultima naturaliter producta 9  
erit, ita ut ultima brevis sit, paenultimam circumflectemus,  
ut Cethêgus; si autem longa fuerit ultima, paenultima 10  
5 acutum dabimus accentum, <ut Athenae Fidenae>. |

III. Graeca nomina si isdem litteris proferentur,  
graecos accentus habebunt. nam et cum dicimus <Thyas 2  
Nais>, acutum habebit posterior, et cum <Themisto Kalypso>,  
ultimam circumflecti videmus. quod utrumque latinus  
10 sermo non patitur, nisi admodum raro sensus discernendi  
gratia, ut occurrit ergo coniunctio, in qua posterior cir-  
cumflexa deprehenditur. item adverbium pone posteriore 3  
acutum recipit, ne sit verbum.

III. Est autem forma acuti accentus I obliqua in  
15 partem dexteram ascendens, gravis forma I obliqua in  
partem dexteram descendens. circumflexum designat ac- 2  
centum C deorsum spectans. longum accentum transversa  
I littera notant, brevem C sursum spectante. sed in illis 3  
sonos, in his tempora dinosci <vide>mus. aspirationem 4  
20 H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem.

---

1 accutum *H* | habet *H* 2 peñ. sillaba *H* 3 fuerit *H* | pe-  
neultimum *S* | circumflectimus *H* 4 ut *om.* *S* | fuerit *H* *Diom.* erit *S*  
5 accentum *om.* *H* | ut Athenae Fidenae *add. Keil* 7 etenim cum *H*  
Thyas Nais *add. Keil* 8 habet *H* *om.* *S* habebit *Oehler* accutum *S* et  
cum *om.* *H* | Themisto Calypso *add. Keil* 9 circumflectere videmur *H*  
10 gratia discernendi sensus *H* 12 similiter ut adverbium *H* | posterior *H*  
13 ut non sit *H* 15 dextram *H* *utroque loco* | scandens *S* *cf. W. f.*  
*kl. Ph. 1911, 991* formae I obliquae *H* 16 descendens descendens *S*  
17 spectantium *H* spectantium *S* *corr. Oehler* 19 sonus *HS* *corr. Oehler*  
addi noscimus *H* | videmus *ex Diom. 434, 6 restituit Keil* 20 ascripta *HS*  
*utroque loco* si autem non erit ascripta *H*

p. 379. 380 K.

- μένον παρέχει· ἐὰν δὲ μὴ εἴη προσγεγραμμένον, φιλήν ξηράν.  
 5 ταύταις προσβάλλουσιν τὴν ὑφέν, ὁπότε δύο ῥήματα ὡς εἰς  
 ἐν τῇ || ἐκφωνήσει συνάγομεν, καὶ τὸ σημεῖον αὐτῆς τοῦτο  
 ποιούσιν· ἐκατέρου ῥήματος τὰς ἔγγιστα συλλαβὰς ἐπικεκαμ-  
 6 μένη ὑποκάτωθεν ῥάβδῳ ζευγνύουσιν, ὡς ἔστιν .δομοῖως καὶ 5  
 ἀπώστροφον ὁπόταν φωνῆεν τελικὸν ὑφαιρούμεν. ταύτην οὕτως  
 σημειοῦνται· πρὸς τὸ ἄνω μέρος τοῦ συμφώνου, οὗ τὸ φωνῆεν  
 ὑφῆρηται, ἐπικεκαμμένον ῥαβδίον εἰς αὐτὸ βλέπον τιθέασιν ὡς .

## ΠΕΡΙ ΣΤΙΤΜΗΣ

- V. Στιγμὴ ἔστιν σιωπῆς σημεῖον, ἣτις ἐν τῷ ἀναγινώσκειν 10  
 δίδωσιν ἄδειαν τοῦ τὸ πνεῦμα ἀνακτῆσασθαι, μὴ ἐν τῷ συν-  
 2 ἄπτειν ἐπιλείψει. αὗται τρεῖς εἰσιν, ὧν ἡ διαφορὰ τρισὶν νυγμάξ  
 3 ἐν διαφορῷ τόπῳ τεθειμέναις δηλωθήσεται. ὅπου πλήρης ἔστιν  
 ἡ δianoia, νυγμὴν παρὰ τὸ ἄνω μέρος τοῦ γράμματος τίθεμεν,  
 4 καὶ ἔστιν ἄνεσις τοῦ σχολάσαι ἐπὶ πλεόν. ὅπου δὲ τῆς δια- 15  
 νοίας μηδέπω πλήρ(ους οὐσ)ῆς ἀναπνεῦσαι χρεῖζουσιν, παρὰ  
 5 μέσον τὸ γράμμα δώσομεν νυγμὴν. ὅπου δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ  
 τέλει τοῦ ἀπαρτίσαι τὴν δianoian οὕτως ἀπαρτῶμεν, ὥστε  
 εὐθύως τοῦτο· ὅπερ ἔπεται ὑποβάλλειν ὑφείλομεν, παρὰ τὸ κάτω  
 μέρος τοῦ γράμματος τῇ νυγμῇ σημειούμεθα. || 20

1 εἴη] ει *HS corr. Keil*    3 αὐτῆ *HS corr. Keil*    4 ἐγγιστὰς *H*  
 5 υποκατθεν παρδω *superscripto* ραβδω *S corr. Keil* ὑποκάτωθεν—ὑφαι-  
 ρούμεν *om. H post* ἔστιν *Keil lacunam indicavit*    6 ἀναστροφον *corr.*  
*S emend. Keil* | φωνῆη τελικο *S corr. Keil*    7 σημειοῦνται  
*H* | φωνεν *HS corr. Keil*    8 ραβδ τον *H* | αὐτον *H* | ὡς ἔστιν *H*  
 10 ἀναγινώσκειν *H*    11 το του πνευματος *H*    12 ἐπιψει *H*    16 πλη-  
 ρης *HS corr. Keil* | χρεηζουσεις *H* χρεηζουσες *S corr. Keil*    18 ουτος  
*H* ουτω *S*    19 τουτ οπερ *ω*

p. 379. 380 K.

his adiciunt hyphen, cum duo verba quasi in unum pro- 5  
 nuntiatione colligimus, et formam eius hanc faciunt: utri-  
 usque || verbi proximas syllabas inflexa subter virgula  
 iungunt, ut est *'Turnus ut ante volans'*. item apostrophon, 6  
 5 cum vocalem ultimam subtrahimus. hanc sic notant: ad  
 caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est, inflexam  
 virgulam, quae ad eam spectat, apponunt, ut *'tanton' me  
 crimine dignum*.

## DE DISTINCTIONE

10 V. Distinctio est silentii nota, quae in legendo dat  
 copiam spiritus recipiendi, ne continuatione deficiat. hae 2  
 tres sunt, quarum diversitas tribus punctis diverso loco  
 positis indicatur. ubi plenus est sensus, punctum ad caput 3  
 litterae ponimus et est liberum cessare prolixius. ubi 4  
 15 sensu nondum pleno respirari oportet, ad mediam litteram  
 dabimus punctum. ubi sub ipsum finem implendi sensus 5  
 ita suspendimus, ut statim id quod sequitur subicere de-  
 beamus, imam litteram puncto notamus. ||

---

V. *Diom. 437, 9—438, 12 Explan. in Don. 533, 28—534, 4  
 cf. Comin. 110 n. 1*

---

4 Turnus] *Verg. Aen. IX 47*      7 tanton'] *Verg. Aen. X 668*

---

1 yfen HS      3 syllabas om. S | subter—subtrahimus om. H  
 4 post volans Keil lacunam indicavit, qua diastoles definitio excidisset |  
 apostrofon S      7 ut est tantonme H tantonus me S      8 crimine  
 dignum om. H      12 in diverso loco H in om. S *Diom. Explan.*  
 13 qui HS ubi *Explan.*      15 sensum S      16 ubi autem sub ipso  
 fine H | sensum S      18 ad imum litterae H imam litteram S *Explan.*

## ΠΕΡΙ ΦΩΝΗΣ

- VI. Φωνή ἐστὶν ἀήρ πεπληγὸς αἰσθητὸς ἀκοῆ τὸ ὅσον  
 2 ἐφ' ἑαυτῷ ἐστὶν. πᾶσα φωνὴ ἢ ἑναρθρὸς ἐστὶν ἢ ἀναρθρὸς.  
 ἑναρθρὸς ἐστὶν ἢ γράμμασιν καταληφθῆναι δύναται. ἀναρθρὸς  
 ἐστὶν ἥτις γράφεσθαι οὐ δύναται.

5

## ΠΕΡΙ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ

- VII. Γράμμα ἐστὶν στοιχεῖον φωνῆς ἐνάρθρου. στοι-  
 χεῖον ἐστὶν ἐνὸς ἐκάστου πράγματος ἀρχή, παρ' οὗ λαμβάνεται  
 2 τὸ ἐπαύξημα καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται. συμβαίνει [ἀντὶ τοῦ] ἐκάστῳ  
 γράμματι ὄνομα σχῆμα δύναμις. ὄνομά ἐστὶν ὃ προσαγορεύεται, 10  
 3 σχῆμα ὃ σημειοῦται, δύναμις ἢ ἰσχύει. τῶν γραμμάτων εἰσὶν  
 4 τὰ μὲν φωνήεντα, τὰ δὲ σύμφωνα. φωνήεντά ἐστὶν ἃ καθ' ἑαυτὰ  
 ἐκφωνεῖται καὶ καθ' ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι δύναται.  
 5 ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν πέντε, α ε η ι ο ω ου. ἐκ τούτων δύο ι καὶ  
 ου μετέρχονται εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν, ὁπότε ἢ αὐτὰ 15  
 εἰς ἀλληλα ζεύγνυται ἢ μετὰ ἄλλων φωνήεσσι ζεύγνυται, οἷον .  
 6 τῶν συμφώνων τὸ εἶδος ἐστὶν διπλοῦν. ἔστιν γὰρ ἃ μὲν ἡμί-  
 7 φωνα, ἃ δὲ ἄφωνα. ἡμίφωνά ἐστὶν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἐκφω-  
 νεῖται, || ἀλλὰ καθ' ἑαυτὰ συλλαβὴν ποιῆσαι οὐ δύναται. ἔστιν  
 8 δὲ τὸν ἀριθμὸν ἐπτά . ἐκ τούτων διπλοῦν ἐστὶν τὸ X. συνέ- 20

5 ἐστὶν om. H 9 ἀντὶ τοῦ *secl. Keil* 10 ὄνομα H 11 ἐστὶ H

12 *post* σύμφωνα *in H* ἀλλῆ<sup>y</sup> ἀφῶ να, καθ' H 13 ἐκφωνεῖται H κα-  
 τεαυτα *lineola* ) *per τ ducta H* | στλαβην H 14 ι καὶ ου] ἰ.υ H om.  
*S correxi* 15 τῶν] ω H | αὐτη *HS corr. Keil* 16 μεταλλων  
 H | φωνῆεσσι H | οἷον *Iouuo vāt H* 18 ἐκφωνεῖται H 19 κατεαυτα  
*lineola* ) *per ε ducta H* 20 το ξ H



p. 381. 382 K.

## DE VOCE

VI. Vox est aer ictus sensibilis auditu, quantum in ipso est. omnis vox aut articulata est aut confusa; articulata est quae litteris comprehendi potest; confusa est  
 5 quae scribi non potest.

## DE LITTERIS

VII. Littera est elementum vocis articulatae. elementum est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur. accidunt uni cuique  
 10 litterae nomen figura potestas. nomen est quo appellatur, figura qua notatur, potestas qua valet. litterarum sunt aliae vocales, aliae consonantes. vocales sunt  
 15 i et u, transeunt in consonantium potestatem, cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus iunguntur, veluti Juno vates. consonantium species est duplex. sunt enim aliae semivocales, aliae mutae. semivocales || sunt quae per se quidem proferuntur, sed per  
 20 se syllabam facere non possunt. sunt autem numero VII,

VI. *Diom.* 420, 8—15. *Don.* 367, 4—7. *Explan.* 519, 15—18. *Victor.* 189, 8—13. *Audax* 323, 4—8. VII.—X. *Char.* 7, 5—11, 5. *Diom.* 421, 14—423, 33. *Don.* 367, 8—368, 18. *Victor.* 5, 14—29.

2 quanto S 3 inarticulata *corr.* confusa H confusa S et omnes *gramm.*  
 4 inarticulata H est *om.* H 6 littera S *cf.* W. f. kl. Ph. 1910, 991  
 10 litterae nomen figura *om.* S 12 aliae sunt *Char. Victor.* 13 syllabam *om.* S 14 ex quibus duo H harum *Char. Don. Victor.* ex his *Diom.*  
 16 iunguntur H *Char. Don. Vict.* coniunguntur S 17 vates *om.* H 20 syllabam *om.* S | numero *om.* S

p. 382. 383 K.

- στηκεν γὰρ ἡ ἐκ τοῦ g καὶ s, ὡς τὸ rex regis, ἡ ἐκ τοῦ c  
 9 καὶ s, ὡς τὸ pix picis. διὰ τοῦτο γράμμα† ἀρνεῖται. ἀφωνά  
 ἔστιν, ἃ οὔτε καθ' ἑαυτὰ ἐκφωνεῖσθαι δύναται οὔτε συλλαβὴν  
 10 ποιῆσαι. ἔστιν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἐννέα .ἐκ τούτων περισσά  
 τισιν δοκιμάζεται τὸ k καὶ τὸ q, ὅτι τὸ c γράμμα τὸν τούτων 5  
 11 τόπον δύναται ἀναπληρῶσαι. καὶ τὸ h τῆς δασείας σημεῖον,  
 οὐχὶ γράμμα ὑπολαμβάνεται. τὸ u δὲ καὶ τὸ ζ διὰ τὰ ἐλλη-  
 νικὰ ὀνόματα προσβάλλομεν.

VIII. A γράμμα φωνῆεν, ὅπερ μὲν οὖν καθ' ἑαυτὸ ποιεῖ  
 συλλαβὴν βραχεῖαν καὶ μακράν ὁμοίως δὲ συνεζευγμένον μετὰ 10  
 ἄλλων καὶ προτασσόμενον καὶ μέσον καὶ ἐπὶ τέλους, ὡς τὸ  
 Ahala· καὶ σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε Αὔλον μόνον ση-  
 2 μαίνει. e γράμμα φωνῆεν καθ' ἑαυτὸ ὀνομασθὲν ὁμοίως τε  
 μετὰ ἄλλων ζευγθὲν καὶ βραχείας ποιεῖ συλλαβὰς καὶ μακράς.  
 3 i γράμμα φωνῆεν ἔσθ' ὅτε μετεργόμενον εἰς τὴν τῶν συμφώνων 15  
 δύναμιν καθ' ἑαυτὸ οὐδὲν ἔλαττον καὶ μετὰ ἄλλων ἐζευγμένον  
 καὶ βραχείας ποιεῖ συλλαβὰς καὶ μακράς. σημεῖον ἀριθμοῦ,  
 4 ὅποτε ἓνα σημαίνει. o γράμμα φωνῆεν καὶ συστέλλεται καὶ  
 5 ἐκτείνεται καὶ μόνον καὶ μετὰ ἄλλων ζευγνύμενον. u γράμμα  
 φωνῆεν || ἔσθ' ὅτε μετεργόμενον εἰς τὴν τῶν συμφώνων δύναμιν 20  
 συστέλλεται καὶ ἐκτείνεται καὶ μόνον καὶ μετὰ ἄλλων συνε-  
 ζευγμένον· σημεῖον ἀριθμοῦ, ὅποτε πέντε σημαίνει.

VIII. F γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ἀρχεται συλλαβὴν  
 2 προτασσόμενον καὶ φωνήεντος καὶ ἡμιφώνου, ὡς τό .l γράμμα

1 ἐκ τοῦ <sup>g</sup> γ καὶ <sup>s</sup> s | regis om. S      6 καὶ τσοτο <sup>h</sup> H λασει<sup>as</sup> H  
 καὶ τοντε δασείας S corr. Keil      7 δὲ om. H τὸ ante ζ om. H  
 9 κατεαυτο lineola ) per τ ducta      11 ὡς το αλα HS corr. Keil  
 14 ζευγθεν H      16 αλιτὸ H      21 μεταλλων S      23 Φ H συλλαβη S  
 ἐν συλλαβῇ Keil      24 l Keil Λ H om. S

p. 382. 383 K.

f l m n r s x. ex his duplex est x. constat enim aut 8  
 ex g et s, ut rex regis, aut ex c et s, <ut> pix picis,  
 ideoque littera negatur. mutae sunt quae nec per se 9  
 proferri possunt nec syllabam facere. sunt autem nu-  
 5 mero VIII, b c d g h k p q t. ex his supervacuae qui- 10  
 busdam videntur k et q, quod c littera harum locum  
 possit implere. h quoque aspirationis nota, non littera 11  
 existimatur. y et z propter graeca nomina admittimus.

VIII. A littera vocalis, quae quidem per se facit  
 10 syllabam brevem et longam itemque conexa cum aliis  
 tam praeposita quam media finiensque, ut Ahala; nota  
 etiam praenominis, cum Aulum sola significat. e littera 2  
 vocalis per se nominata itemque cum aliis iuncta et bre-  
 ves facit syllabas et longas. i littera vocalis interdum 3  
 15 transiens in consonantium potestatem per se nec minus  
 aliis sociata tam breves facit syllabas quam longas; nota  
 numeri, cum unum significat. o littera vocalis tam cor- 4  
 ripitur quam producitur et singularis et cum aliis copu-  
 lata. u littera vocalis non || numquam transiens in con- 5  
 20 sonantium potestatem corripitur produciturque et sola  
 et cum aliis coniuncta; nota numeri, cum quinque  
 significat.

VIII. F littera consonans semivocalis incipit syllabam  
 tam praeposita vocali quam semivocali, ut flumen fons.

1 <sup>ix</sup>/<sub>x</sub> H    2 ut *add. Oehler*    3 multae H    4 neque H  
 syllabam *om. S*    6 quia *Victor.* | litteram H    10 syllabam *om. S*  
 connexa H    11 etiam *HS* tam *Char. Diom.* | ut ala H | notetiam  
 H    12 solum *HS* sola *Char. Diom.*    13 breue S    14 syllabas  
*om. S*    15 nec minus etiam cum aliis H    16 et br. f. s. et l. H etiam  
 br. f. quam l. S tam *Oehler*    17 etiam *HS* tam *Char. Diom.*  
 20 etiam sola H etiam solo S et *Keil*    21 iuncta H    23 syllabam  
*om. S* in syllaba *Keil ex Char. et Diom.*    24 praeposita tam vocali  
 quam H | ut *om. S*

p. 383. 384 K.

- σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται φωνηέντων ἐν συλλαβῇ καὶ ὑποτάσσεται· προτάσσεται, ὅποτε *laudem legem* καὶ τὰ τούτοις ὅμοια γράφομεν· ὑποτάσσεται, ὡς τὸ *alma*. ὑποτάσσεται ὁμοίως συμφώνοις, ὅποτε *Clodium* ὀνομάζομεν. ὅταν μόνον τίθεται, *Lucium* σημαίνει· ὁμοίως ἀριθμὸν, ὅποτε 5
- 3 πεντήκοντα σημαίνει. *m* γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται φωνηέντων καὶ ὑποτάσσεται, ὡς τὸ ὑποτάσσεται δὲ καὶ συμφώνοις, ὅποτε λέγομεν· σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε Μάρκον μόνον γεγραμμένον σημαίνει. *n* 4 γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται τῶν φωνηέντων καὶ ὑποτάσσεται, ὡς τὸ ὁμοίως ὑποτάσσεται καὶ ταῖς συμφώνοις, ὡς τὸ *Cnidius* <*Cynthius*>. σημεῖον χρηματισμοῦ, ὅποτε μόνον σημαίνει· ὁμοίως καὶ συμφωνῶν ὑποτασσόμενον τῷ *G* Γναῖον, ὃν οἱ παλαιοὶ μὲν Γναῖον, νῦν δὲ χυδαίως συντομώτερον || ἀκούομεν Γναῖον, καὶ ἐν ὀνό- 15
- 5 ματος ἕνεκα τίθεμεν. *r* γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον ὑγρὸν καὶ προτάσσεται καὶ ὑποτάσσεται, ὡς τὸ ὁμοίως συμφώνοις 6 ὑποτάσσεται, ὡς ἐν τῷ *s* γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον καὶ προτάσσεται φωνηέντων καὶ συμφώνων καὶ ὑποτάσσεται φωνήεσιν, ὡς τὸ *x* γράμμα σύμφωνον ἡμίφωνον διπλοῦν ἐν 20 μέσῳ μόνον μέρει λόγου παρ' ἡμῖν φωνηέντων προτασσόμενον

1 προτασσεται *H* | συλλαβα *H* 2 *laudem legem om. S* 3 γραφόμεν *H* | *αλμα H om. S* | ὑποτάσσεται *om. H* 4 *Clodium om. S* *clodium H* | ὀνομαζόμεν *H* 5 τίθηται *Keil* | *Lucium om. S* 6 *m Keil M H om. S* 7 υποτασσεται *H* 8 δὲ *om. H* | χρηματισμοῦ *H* 9 σείμαισει *H* | *n Keil N H om. S* 10 προτασσὲ *H* 11 φωνηέντων *H* ὑποτασσεται *H* 12 ὡς το σνιδιους *H om. S* 13 σημ̄ χηρημ̄ *S* | ὀποτεμονον τον αριθμον *H* | σύφωνοις υποτασσεται ὡς το Γναῖο *H* συμφῖς υποτασσομενον τοῦ *G S corr. Keil* 16 τιθεμενοι *HS corr. Keil* | *r Keil PH om. S* 17 ὡς τό *om. S* 18 ὡς το εν το *HS corr. Keil* | *s Keil C H om. S* 19 φωνοις και σύφωνοις ὀποτε υποτασσεται φω *S* φωνοις καὶ σύφωνοις υποτασσεται φωνοις ὡς το *H corr. Keil* 20 *x Keil E H om. S*



p. 383. 384 K.

l littera consonans semivocalis liquida tam praeponitur 2  
 vocalibus in syllaba quam subiungitur: praeponitur, cum  
 laudem legem et his similia scribimus; subiungitur, tam-  
 quam alma; subiungitur item consonantibus, cum Clodium  
 5 nominamus. cum sola ponitur, Lucium significat; item  
 numerum, cum quinquaginta significat. m littera conso- 3  
 nans semivocalis liquida tam praeponitur vocalibus quam  
 subiungitur, tamquam monet commonet. subiungitur et  
 consonantibus, cum agmina dicimus; nota praenominis,  
 10 cum Marcum sola scripta significat. n littera consonans 4  
 semivocalis liquida tam praeponitur vocalibus quam sub-  
 iungitur, ut natus ante. item subiungitur et conso-  
 nantibus, ut Cnidius Cynthius. nota praenominis, cum  
